

Faceti morosi.

Um nihil vtilius humane credo saluti
 Quam rerum nouisse modos et moribus vti
 Quod minus exequitur morosi dogma cathonis

Supplebo pro posse meo monitu rationis
 Assint ergo rudes sitientes pocula morum
 Hinc fontem poterint haurire leporis odorum
 Hic quoque cum fructu parit ortulus vndique flores
 Ex quibus indocti poterint excerpere mores

Ita autor ponit phanum sui libri. in quo ipse ostendit que fuerit causa mouens ipsum ad hoc opus pagendum dicens sic. Cum ego facerem non videam aliquid maioris commodi vel utilitatis et maxime in iuuenibus que scire et cognoscere modos rerum et ut rebus sine debitos et ordinatos mores utatur iuuenis quilibet. non monitus ab aliquo alio que a ratione et charitate conatus sum pro posse meo aggregare ea morum documenta que morosus Latho omiserat. Et non dico hec propter iam adultos et intelligentes. sed propter rudes qui nesciunt mores quos in pluribus locis detent habere. Nam tales poterunt ab hoc libro extrahere mores quibus indigent sicut illi qui sunt indigentes rosas et floribus intrant ortum ad hoc excerpendum quod volunt habere. **C**ost. **D** fili **(L)** ego facetus (nihil) pro non et aliquid. non (credo) aliquid esse. **(v)**tilius saluti humane. **(i)** homo (que nouisse). **(i)** cognouisse (modos rerum et uti moribus) ego (supplebo pro posse) et solo (monitu rationis) illud (quod dogma cathonis morosi) exequitur (minus). **(i)** de quo catho non loquitur (ergo rudes sitientes) **(i)** volentes habere (pocula morum assint). **(i)** intendant. quia ipsi rudes et ignorantes (poterint haurire). **(i)** extrahere (hinc). **(i)** ab hoc libello (fontem). **(i)** originem (odorum leporis). **(i)** eloquentie (quoque). **(i)** certe (hic ortulus). **(i)** iste libellus (parit). **(i)** tradit (vndique). **(i)** ab omni parte (flores cum fructu. ex quibus indocti). **(i)** insipientes (poterint). **(i)** valebunt (excerpere). **(i)** extrahere (mores). **(i)** modestiam.

Um nihil absque deo sit proficui vel honoris
 Primum regna dei queres in omnibus horis
 Et sic omne bonum tibi plenius adicietur
 Quisque deo seruit regnare deo perhibetur

Ita incipit tractatus qui diuiditur in tres partes sine que sunt tria capitula. In primo enim capitulo autor determinat de his que pertinent deo. In secundo de his que pertinent proximo. Et in tercio de his que pertinent sibi ipsi. Primum incipit hic **(U)**m nihil absque deo

A ij